

rum; & à Gregorio XIII. in Bulla: ubi gratia &c. Videatur latius hoc argumentum prosequens P. Reiffenstuel ad tit. de Statu Monachorum. §. 2. per tot. nullus in. Sedoh, multilogorq

299 IV. est obligatio silentii; orationis mentalis & vocalis; lectionis spiritalis; examinis particularis & nocturni; qua de materia ex professo tractant Regule & statuta Ordinum; Ascetice, & Moralitæ; nosque in Lib. I. tract. de Jure Legali cap. 2. à num. 352 de ejusmodi obligatione, extra materiam votorum, non pauca tractavimus.

300 Si petas: an professio Religiosa, que tota tantaque parit obligationes, peculiare quoque favores in Jure habeat?

Resp. sine dubio plures favores & prerogativas Religiosæ Professioni concedi, velut in titulis & rubricis propriis annotari solet. Hic tamen breviter adnotatur I. quod Religiosus professus eximatur à potestate patriæ, non quidem quoad jus sitatis, & fundatum in eo jus succedendi, cæteraque jura favorabilia sed quoad jus regendi & dirigendi actiones filii.

308 Post quinquennium, à die professionis numerandum, si reclametur contra professionem, denegatur audientia; quin &, si Religiosus ante quinquennium habitum sponte & motu proprio dimiserit, nullatenus ad allegandum quancunque causam admittitur, sed ad Monasterium redire cogitur, tanquam apostata puniatur, & interim nullo privilegio sua Religionis jure utatur. Trid. cit. l. Circa hanc constitutionem

309 Controvertitur I. sine tempus quinquennii ab initio continuum, ita ut etiam ignoranti nullitatem professionis vel impedito currat? Varia hic DD. sunt placita, apud P. W. ex cit. l. n. 49. summarie relata. Ego, perpensis omnibus, in sententiam affirmativam, quam post Sanchez & Pellizarium, à P. Pirhing d. l. num. 173. citatos, adstruere videtur

310 P. Engel d. l. num. 53. propendeo. Moveor partim ex constitutione memorati Concilii, quod facultatem reclamandi intra quinquennium tantum à die professionis indulgit: partim ex sine ejusdem Concilii, quod Religionis

familias in patris & familie bonum, cæteraque patri faventia jura arg. Nov. 5. in pr. Patrimoniana ad cap. in presentia 8. de Probat. n. 54. Engel de privileg. Monasteriorum. privileg. 12. n. 1. Clariss. D. Franz ad lib. 1. Instit. cit. 12. num. 5. II. quod ab omni macula civili, sive propria, sive aliena culpa fuerit contracta, purgetur, d. Nov. 5. in prefat. speciatim à macula natalium, de qua in Lib. I. tract. IV. cap. 6. à n. 42.

III. quod solvatur à nexu votorum simplicium, ante professionem emissorum cap. scriptura 4. de Voto & Pot. redempt. cap. qui post votum 5. de Regular. in 6. IV. quod fiat membrum Ordinis & Monasterii, ac particeps omnium jurium, gratiarum, privilegiorum, immunitatum, Ordini vel Monasterio competentium. V. quod nobilitatem; quatenus est jus in sanguine fundatum, retineat, licet in Monasterio, in quo nobiles & ignobiles promiscue recipiuntur, professionem faciat arg. l. jus agnationis 34. ff. de Pact. Pirhing ad tit. de Regularib. num. 142. Wiestner ibid. num. 101.

§. IV. An & qualiter professio possit impugnari?

Quando professio ex aliquo capite est invalida, puta quod ex parte professi subsit impedimentum, vel deficiat necessaria qualitas, aut ex parte professionis concurrat defectus, potest impugnari non tantum à Religiosis nulliter professis, Viris & Monialibus, per quinquennium, causas nullitatis allegando coram Ordinario juxta Concil. Trident. 25. de Regular. cap. 19. sed etiam, ut tradunt Fagnanus ad cap. nullus 1. de Regular. à num. 28. Pirhing de Regular. n. 154. W. ex in episcopo Pralat. p. 1. cap. 5. §. 2. n. 50. Religio seu Monasterium: utpote cum in correlativis & una ratio & una dispositio plerumque verificetur.

Neque opponas: Trident. Concil. fundari in presumptione, quod professus interea professionem ratificaverit. Atqui ratificatio nequit adesse, quando professus aut nullitatem professionis ignorat, aut, quod minus reclamet, impeditur. Ergo &c.

Quid enim sit de illa presumptione, quam Fagnanus sibi meti contrariis in cap. perlatum de his que vi metusve causa &c. n. 48. rejicere, & in cap. nullus 1. de Regular. n. 34. agnoscere videtur, magna lis inter DD. vertitur, sine presumptione Juris & de Jure? Et crederem ego cum P. Engel cit. esse presumptionem Juris & de Jure: sicut enim dicitur presumptio Juris & de Jure, quod is, qui metu contrahere matrimonium adactus, conjugii per annum & medium cohabitavit, consensum internum renovaverit, quia post illud tempus, metum probare volens, non amplius auditur cap. ad id 21. de Sponsal. pariter erit presumptio Juris & de Jure, quod ex metu v. g. professus, sed intra quinquennium, contra professionem nunquam protestatus, professionem renovaverit: quia post quinquennium, metum probare volens, non amplius in cit. cap. 19. Trid. auditur.

Hæc tamen in foro externo procedunt. Nam in foro interno, in quo propria cuique conscientia testis & arbiter est,

is, qui contra professionem nullam, quam nunquam ratificavit, post quinquennium reclamare cupit, non auditur, Religionem probabiliter potest deserere juxta ea, que habentur in Lib. I. tract. de Jure Leg. cap. 1. sub n. 295. P. Reiffenstuel ad tit. de Regularib. n. 205. & seqq.

Imò etiam in foro externo excipio 311 eum Tamburino tom. 3. disp. 6. quest. 25. num. 9. Wiestner ad cit. de Regular. sub n. 92. impedimentum perpetuum ac tale, quod neque Religiosus neque Religio potest remove, quale est, si vir aut hermaphroditus in monasterio Monialium; vel conjugatus sine licentia uxoris profiteatur: tunc enim frustra scientiâ vel ratificandis desideramus, quando ad professionis convalidationem nec profect nec obest.

316 Controvertitur II. an ergo post quinquennium nullum amplius remedium supersit, ratione cujus professionem impugnare liceat?

Resp. remedium restitutionis in integrum superesse, quò non quidem immediate professio (hæc enim semel valida manet valida; &, si invalida sit, rursus non convalescit) rescinditur, sed jus querelandi seu reclamandi contra professionem, per lapsum quinquennii perditum, recuperatur; non tantum si nulliter professus sit minorennis, sed etiam si majorennis sit, justamque causam habeat, factò recursum ad S. Pontificem vel Congregationem Cardinalium Concilii Interpretum, aut Regularium negotiis præpositorum. Barbosa in Collectan. ad cit. cap. 19. Trid. n. 8. Fagnan. in cap. perlatum. de his que vi metusve causa &c. n. 49. & 52. Engel cit. l. n. 54. Cardin. de Luca de Regular. disp. 41. n. 12. W. ex cit. l. n. 49. Wiestner n. 94. ac novissime Reverendiss. Clericatus de Regularib. discord. 38. n. 8.

Ratio est: quia remedium restitutionis non solum conceditur minorennibus, lubricò ætatis læsis, sed etiam majorennibus tories indulgetur, quoties justitia cause suffragatur. Atqui justitia cause etiam majorennibus, nulliter professis, ad petendam restitutionem juris querelandi seu reclamandi potest competere: si enim professio ex metu v. g. omiserint, ac metus per quinquennium duraverit, parentibus, qui minas fecerunt, adhuc dum viventibus; certe justissima restituendi causa est. Rota Rom. in rec. p. 1. dec. 175. n. 5. & dec. 579. n. 6. Ergo &c.

318 Controvertitur III. quomodo professio nullaraticari possit?

Resp. professionem nullam per novum consensum ratificari posse, quando nullitas est temporalis, atque à voluntate ratificantis dependens. In exemplo. Titius emisit professionem sine deliberato consensu, vi, metùve adactus, vel ante ætatem Canonicam: hic nullitas professionis est temporalis, pendetque à voluntate ratificantis: adeoque si professionem, quam agnoscit nullam, per novum consensum ratam habeat, censetur verè professus. Textus in cap. significatum 11. de Regul. cap. is qui in pr. eod. in 6.

Ratio est: quia ad substantiam professionis, quam diximus esse contractum sacrum, principaliter requiritur consensus profitentis & consensus Religionis. Atqui in simili ratificatione concurrunt consensus tum profitentis, uti ponitur in casu, tum Religionis, quatenus hæc ab initio, dum nulliter sebat professio, consensum dedidit, nec revocasse præsumitur. Ergo &c.

Nec putes I. consensum ratificantis vel in facie Ecclesiæ, vel saltè coram Prælato ac Capitulo renovandum esse. Id enim neque ex citatis retribus neque ex natura professionis desideratur: quandoquidem in professione tacita consensus nec in facie Ecclesiæ nec coram Prælato ac Capitulo exprimitur, sed potius ex factò & gestione habitus aliusve actibus, Religiosos quæ tales concedentibus, colligitur; quales actus etiam in presenti subesse supponuntur.

Nec putes II. Religionem seu Monasterium debere consensum esse professionis, antehac nulliter peractæ: sufficit namque, Monasterium consensum, antecedenter datum, non revocasse, eumque per tolerationem & agnitionem professi tacite renovasse: non enim est necesse, ut consensus uterque ponatur simultaneè, sicut nec in aliis actibus v. g. alienatione rerum Ecclesiæ immobilium, vel in Matrimonio simultaneè ponendus est. Lessius cit. lib. 2. cap. 41. n. 66. Wiestner ad cit. tit. n. 97. Reiffenstuel ib. à n. 217. afferens in n. 210. Declarationem Cardinalium S. Concilii. No. 322 stabile quoque videtur, quod habet S. Rota Romana p. 9. tom. 1. decis. 94. n. 12. & seqq. consensum Religionis, professionis nullitatem ab initio nescientis, per S. Pontificem, seu supremum Religionis omnium Antistitem, suppleri. Superest adhuc plurima enodanda circa Religiosos ejectiones, fugitivos, apostatas; quæ tamen alibi tractanda reservo.

CAPUT IV. De Capitulis Ecclesiasticis.

Quamquam Personas Ecclesiasticas tam in genere, quam in specio hætenus spectandas dederimus, pleraque tamen, quæ diximus, cuius illarum in particulari & singulari conveniunt. Restat igitur, ut easdem personas collectivè seu collegialiter, quatenus nempe corpus aliquod politicum, quod Capitulum appellare consuevimus, constituunt, dispiciamus.

SECTIO I.

De Nomine, Divisione, Membris, & Convocatione Capituli.

SUMMARI A.

1. & seqq. Capituli homonymia. 4. Definitio. 5. Est corpus quoddam politicum. 6. & seqq. Ex pluribus personis. 9. Ecclesiastici. 10. & seqq. Communibus legibus & iuribus. 12. Ad communem utilitatem coadunatum. 13. Sine mutua unione non inducitur Capitulum. 14. Dividitur in Regulare & Sæculare. 15. Ultrinque convenientia, & 16. Disconvenientia. 17. Sæculare subdividitur in Cathedrale, quod etiam 18. Senatus Episcopi nuncupatur, & 19. Collegiale. 20. Capitulares sunt, qui habent suffragium. 21. Ac in majoribus Ordinibus sunt constituti. 22. Sive Regulares, sive Sæculares

sunt. 23. Nisi consuetudo sit adversa. 24. & seqq. Prælati non veniunt nomine Capituli. 26. & seqq. Solvitur obiectio. 29. Capitulum non agit, nisi congregatum. 30. Jus convocandi spectat ad Prælatum, Decanem, Priorem &c. 31. Ratio redditur. 32. Ponitur exceptio. 33. Convocandi sunt omnes, qui debent, volunt, & possunt commode interesse. 34. Redditur hujus asserti ratio. 35. Non vocatus potest agere de contemptu. 36. Si plusquam tertia pars fuerit præterita, nihil agitur in presentibus. 37. Convocatio ad unum locum est faciendâ. 38. & seqq. Quisnam ille sit? Non refert.

§. I.

Quid sit Capitulum?

1. **C**apitulum est verbum homonymum, ac significat I. parvum caput vel ariculum, seu extractum aliquem aut compendium ex capite vel tractatu longiori; in qua significatione textus in Libris Decretalium appellamus *Capitula*: eò quòd ordinariè non tota Decretalis epistola, sed synopsis tantum, vel passus ille, qui ferre videtur intento, referatur. II. significat *locum*, in quo personæ Ecclesiasticæ, communium negotiorum vel deliberationum gratiâ, in unum convenire solent per textum in *cap. canis* 30. de *Elect.* habetque suam nomenclaturam à more Religiosorum, apud quos singulis diebus in ea Monasterii parte capitulum aliquod Regulæ legitur, ut notat Gonzalez in *cap. in synodis* 7. de *Statu Monachor.* n. 2. III. significat plures personas Ecclesiasticas, in uno loco, communis consilii & auxilii gratiâ collectas & congregatas per rubricam & textus in *rit. De his, qui sunt à Prælati sine consensu Capituli*; & in *rit. De his, qui sunt à majori parte Capituli*. In hac significatione
4. Describitur Capitulum, quòd sit Corpus quoddam politicum, ex pluribus personis Ecclesiasticis, communibus legibus & iuribus, ad communem utilitatem coadunatum.
5. Dixi I. *Corpus quoddam politicum*, seu, ut alii dicunt, mysticum, aut morale. Sicut enim ex pluribus membris, juxta symmetriâ inter se colligatis, corpus physicum & naturale confurgit: sic ex pluribus personis, nexu quoddam politico inter se congregatis, coalescit Corpus politicum, mysticum, aut morale per textus in *cap. novit. 4. De his, qui sunt à Prælati sine consensu Capituli* & *cap. dilecta* 14. de *Excess. Prælator.* solèturque aliàs Collegium, Universitas, aut Communitas appellari I. neque societas I. in *pr. & passim* ff. *Quod cuiuscumque Universitat. nom. cap. ult. de Judic.*
6. Dixi II. *ex pluribus personis Ecclesiasticis*. Ubi gemina probe noranda. Primum est, ad Capitulum non minus, quàm ad aliud quodcunq; Collegium vel Corpus politicum requiri plu-

res personas, atque ad minimum tres, juxta notissimam regulam in *l. Neratius* 8 §. ff. de *RS. ubi dicitur, quòd tres faciunt collegium*. Cui non advertebat *cap. nullus* 1. de *Elect.* ubi duo vel tres ad congregationem sufficere videntur; nec *l. sicut* 7. §. 2. ff. *Quod cuiuscumque Universitat. nom.* ubi decernitur, Universitatem in uno consistere posse. Distingendum enim est inter Universitatem in fieri & conservari. In fieri seu in exordio Universitatis ad minimum tres personæ consociari debent *d. l. Neratius* 8 §. sed postquam Universitas per tres aut plures in Corpus aliquod morale coalescit, in uno quoque conservari potest *d. cap. nullus* 1. & *d. l. sicut* 7. Alterum, quòd notari velle, est, ad Capitulum desiderari personas Ecclesiasticas: hæc enim per Capitulum non quælibet communitas aut Universitas, sed Ecclesiastica fuit designata, saltem in Jure Canonico, cujus tituli & constitutiones, ubi de Capitulis agunt, intelligunt Collegia Ecclesiastica.

Dixi III. *communibus legibus & iuribus*. Cùm enim secundum præmissa Capitulum sit quoddam Communitas, oportet, ut leges, res, & jura communia habeat: cæterò quoniam si nulla legum, rerum, & iurium sit communio, magis singularitas quàm Communitas relucet per *cit. l. neque societas* 1. §. 1. ff. *Quod cuiuscumque Universitat. cap. quoniam* 9. de *Vita & honest. Cleric.* Et idèd plerique DDres ad Capitulum I. requirunt I. etiam arcam seu ararium & cassam communem, ad communes necessitates paratam; II. commune sigillum, quòd negotia & acta Capituli quæ talis expendantur; III. Syndicum seu Officiale, per quem jura & res Capituli gerantur, & defendantur. Textus in *cap. significavit* 48. de *Appellat. cap. dilecta* 14. de *Excess. Prælat. d. l. neque societas* 1. §. 1. Gonzalez ad *cap. cum in concilio* 1. de *his, qui sunt à majori parte Capituli*. n. 4.

Dixi IV. *ad communem utilitatem coadunatum*. I. Finis namque cujusvis Mystici corporis est, ut mem-

embra particularia, quæ cæterò quoniam ad modum privatum & particulare respiciunt, nexu quodam & vinculo, communis subsidii gratiâ connectantur: tum quia facilius periclitatur unus, quàm unitas: tum quia, ut fert adagium vulgare, concordia & unione res etiam magis crescunt, & discordia res alias magnè dilabuntur. Quòd si sine mutuo

nexu, vinculo, & unione plures Clerici, Religiosi, Capellani, Vicarii, vel Beneficarii in eadem ponantur Ecclesiâ, numerum quidem faciunt & multitudinem, Capitulum verò non constituunt per *cit. cap. dilecta* ubi Glossa in *7. nec sint* &c. Passerin. de *Elect. Canon. cap. 10. n. 7. & 23. Gonzalez ubi supra. Reverendiss. DD. Guethrath in sua porta honor. cap. 2. §. 1. n. 8.*

§. II.

Quotuplex sit Capitulum?

13. **C**apitulum dividitur in Sæculare & Regulare. Sæculare est, quòd constituitur ex Clericis Sæcularibus. Regulare, quòd constituitur ex Clericis Regularibus; & sæpenumèro *Conventus, Collegium, vel Congregatio* vocatur per textum in *cap. statim* 3. *XX. q. 3. cap. edoceri* 21. de *Rescript. cap. contineatur* 2. *cap. canonizatus* 6. de *his, qui sunt à Prælati sine consensu Capituli. cap. ad nostram* 11. de *Reb. Eccles. non alienand.*
15. Convenit Capitulum Regulare cum Sæculari in omnibus serè, quæ de potestate & jure Capituli, tum Sede vacante, tum Prælatò vivente à SS. Canonibus traduntur per textum in *cap. ne pro defectu* 41. de *Elect. cap. cum in concilio* 1. de *his, qui sunt à majori parte Capituli. cap. non licet* 1. de *Reb. Eccles. non alienand. Clem. Memoriorum* 1. eod. *cap. ult. de Regular. X. & in* 6. *Abbas in cap. his qui* 11. de *M. & O. n. 2. Barbosa ad rubr. rit. Ne Sede Vac. n. 2.*
16. Disconvenit autem in eo, quòd Capitulum Sæculare habeat ordinariè bona, ab Episcopo vel Præposito distincta; cùm Capitulum Re-

gulare, propter Votum paupertatis, tam Religiosis privatis quàm Superioribus commune, in communione & communi bonorum dominio cum Prælatò vivat.

Capitulum Sæculare distinguitur in Cathedrale & Collegiale. Cathedrale est, quòd in Ecclesiâ Cathedrali, ubi Episcopus suam Cathedralam seu Sedem principalem constituit, congregatum, subinde, si Ecclesiâ sit Metropolitana, *Metropolitum* appellatur. Postèquet non incongruè *Senatus Episcopi* nuncupari; quemadmodum enim antiquitus Presbyteri & Diaconi Civitatis Antiquissimæ Senatui Episcopi constituere dicebantur; sic Capitulum Cathedrale, quòd huic Presbyterorum & Diaconorum catui successit, *Senatus Ecclesiæ Cathedralis* vel Episcopi nuncupari potest. Bernardus Van-Elpen *Jur. Eccles. Univers. p. 1. tit. 8. cap. 1. n. 3.* Capitulum Collegiale est, quòd in alia Ecclesiâ, quàm Cathedrali, sub uno aliquo Capite, Præposito vel Decano, congregatum est.

§. III.

Quinam pertineant ad Capitulum?

20. **Q**uamquam in una eademque Ecclesiâ plures Ecclesiasticæ personæ reperiantur in unum collectæ, atamen non omnes ad Capitulum pertinent. nec Capitulares appellantur, nisi vocem & suffragium in Capitulis obtineant. Reiffenstuel ad *rit. de his, qui sunt à majori parte Capituli. n. 4.* Habent autem suffragium & vocem in Capitulis tum Sæcularibus tum Regularibus, qui in Ordinibus majoribus sunt constituti juxta *Clement. ut ii* 2. de *Ætat. & qual. proficiend. Trid. sess. 22. de Ref. cap. 4.* Adeoque Canonici, quos Dominicellares vocant; item Religiosi, Professores tantum, earent suffragio, & Capituli ac Capitularium nomine haud comprehenduntur.
22. Nec refert, qualem Regulares profiteantur Regulam: nam & illi, qui per Regulas particulares jus suffragii obtinent solâ professione, per citata Concilia Universalia à suffragio exclusi videntur, per ea, quæ tradita sunt in *lib. I. tract. de Mod. acquir. Prælat. cap. 1. n. 718. & seqq.*
23. Nisi consuetudo, quæ alibi etiam Sacerdotes non statim ad Capitulum admittit, alibi nullum ex Canonis vel professoris Clericis excludit, recessum à Jure communi fecerit. P. Wiestner ad *rit. de his, qui sunt à majori parte n. 4.*

Quæres: an appellatione Capituli Prælati 24. ejusdem intelligatur?

Resp. negativè. Ita Panormitan. in *cap. post electionem* 7. de *Concess. præb. n. 8. & 9. Barbosa ibid. n. 3. Pignatell. tom. 5. consule. 24. num. 1. Pirhing ad rit. de his, qui sunt à majori parte &c. n. 1. Wiestner ibid. sub n. 2. Reiffenstuel ibid. n. 5. contra Card. Tuschum *lit. C. conclus. 46.* Colligitur responsio manifestè ex rubrica & textibus in *cit. rit. & rit. præced. de his, qui sunt à Prælati sine consensu Capituli* in quibus, sicut & in aliis locis, quotiescunque fit mentio Capituli, supponitur, id distinctum & diversum esse à Prælatò. Ratio est: partim quia nonnunquam datur Capitulum sine Prælatò, sicut patet in casu Sedis Vacantis, ubi Capitulum in Jurisdictionem Prælati succedit: partim quia Prælati est caput, & Capitulares, seu membra coadunata, sunt Corpus mysticum Ecclesiæ per *cap. novit. 4. de his, qui sunt à Prælati sine consensu Capituli* autem à corpore distinguitur.*

Neque dicas: Decanus venit nomine Capituli, tamen illius Superior sit per textum in *cit. cap. post electionem* 7. de *Concess. præb.* in pleniori lectura, quam exhibet ibidem Gonzalez. Ergo etiam Prælati, tamen Superior sit Capituli, illius nomine venit.

27 Resp. enim discrimen inter Decanum & Prælatum in *cit. cap.* in pleniora lectura valde luculentè infinuari, quòd nempe Prælatus fit capitulum, Decanus autem non fit capitulum, sed pars Capituli honorabilior: eò quòd duo Capita in eodè Corpore nequeant sine monstruositate reperiri: cum ergo pars contineatur in toto, Decanus quoque continetur nomine Capituli, non etiam Prælatus, ut pote qui in ratione Capituli Corpore distinctus est. De reliquo si Decanus non esset fidei Canonicus; sicut & Propositus Ecclesiæ Cathedralis alicubi non est Canonicus; Capitularis quoque non esset. Vincentius Petra in *Comment. Apostol. tom. 1. pag. m. 59. n. 9.*

§. IV.

Qualiter Capitulum sit convocandum?

29 Capitulum quòd tale non agit, nisi vel in corpore conveniat, vel per substitutos representetur. Antequam verò conveniat, præcedit convocatio, in qua tria veniunt examinanda. I. quis debeat Capitulum convocare? II. quinam vocandi sint? III. ad quem locum? Pono distinctas assertiones, &

30 Dico I. Jus convocandi Capitulum spectat principaliter ad Prælatum Ecclesiæ, videlicet Episcopum vel Abbatem, si quis adit: quòd si verò sedes vacaverit, vel negotium fuerit tale, quod in commodum & utilitatem Prælati redundat, vel præcisè Capitulum concernit, jus convocandi spectat ad Decanum, Priorem, aut in illorum absentia ad Seniores. Textus apertus in Concil. Trident. *sess. 25. de Reformat. cap. 6.* ubi Barbofa n. 42. Vincentius Petra d. l. pag. 68. n. 49. P. Engel ad *tit. de his, que fiunt à majori parte cap. n. 1.* P. König *ibid. n. 4.* P. Reiffenstuel *ibid. n. 7.* Ratio est:

quia, si commune negotium in Capitulo deliberandum proponatur, sanè concedens est, ut qui rationem Capituli habet, membra subiecta convocet, & cum illis communi consilio tractet; & si negotium commodum Prælati concernat, suadet aequissima Juris regula, ne fiat author in rem propriam; & si negotium illud, qui præcipuum in Capitulo locum tenet, cæteros ad deliberationem vocare, rem, de qua agitur, proponere, & illorum suffragia audire debere.

32 Aliud est, si Episcopus præter Episcopatum simul etiam Canonicatum in Ecclesia obtineat (id, quod insolitum non esse, patet ex *cap. postulatibus 15. de Concess. prob. cap. penult. de Appellat. in 6.*) tunc enim & ipse Capitulo semper interesse potest; sic tamen, ut, si consideret tantquam Canonicus, jure convocandi non gaudeat. Abbas in *cit. cap. postulatibus n. 8.* Fagnanus *ibid. num. 27.* qui etiam notant, Episcopo, ut Canonico, primam sedem post Præsidentem in Capitulo debere.

33 Dico II. ad Capitulum omnes sunt vocandi, qui debent, volunt, & commodè possunt interesse. Desumitur hæc conclusio partim ex *cap. quia propter 42. de Elect. partim ex cap. cum in Ecclesiis 23. de Præbend. in 6.* in quorum priori sic disponitur de convocacione ad actum electionis, in posteriori de convocacione ad 34 collationem præbendarum. Ratio est:

quia, qui non debent interesse, seu jus suffragii non habent, non censentur esse ex numero

nus quoque continetur nomine Capituli, non etiam Prælatus, ut pote qui in ratione Capituli Corpore distinctus est. De reliquo si Decanus non esset fidei Canonicus; sicut & Propositus Ecclesiæ Cathedralis alicubi non est Canonicus; Capitularis quoque non esset. Vincentius Petra in *Comment. Apostol. tom. 1. pag. m. 59. n. 9.*

Capitularium: & qui non volunt interesse, regulariter non coguntur, nisi emolumentum Ecclesiæ aliud exigat: & qui commodè non possunt interesse, vel cum difficultate vocantur, vel cum periculo expectantur: si que illi duntaxat videntur citandi, qui debent, volunt, & commodè possunt interesse. Panormitan. in *cap. cum in cunctis 1. de his, que fiunt à majori parte cap. n. 15.* P. Engel *ibid. tit. num. 2.* monens, locorum consuetudinem hoc in passu considerandam esse, conformiter *cit. cap. cum in Ecclesiis 23. de Præb. in 6.*

Quòd si vel unus ex vocandis fuerit præter ritus, potest is, si velit, agere de contemptu, ac, quod major quoque pars Capituli definit, evetere per textum in *cit. cap. cum in Ecclesiis 23. junctò cap. quòd sicut 28. & cap. bona memoria 36. de Elect. Panormitan. cit. l. n. 16.* Fagnanus ad *idem cap. cum in cunctis n. 6.* Engel d. l. n. 4.

Et, si plusquam tertia pars fuerit præterita, acta præsentium Capitularium, tamen si omnes fuerint unanimes, non valent, non tam propter contemptum, quam defectum agendi: quoniam actus Univerfitatis quòd talis valere nequeunt, nisi due tertie, atque ex viginti quatuor sedecim v. g. Capitulares sint præsentibus *arg. l. nulli 3. cum l. seq. ff. Quod cuiusvisque Univerfitat. Panormitan. ubi supra n. 16.* Innocent in *cap. cum nobis de Elect. n. 6.* Engel *cit. l. n. 3.* Westner ad *tit. de his, que fiunt à majori parte n. 15.* Conferantur dicta in *cit. tract. de Mod. acquir. Prælat. cap. 1. n. 313. & seqq.*

Dico III. Capitulares debent ad unum locum simul convocari. Constat ex *cap. cum terra 14. cap. inter 21. cap. in causis 30. cap. in Genesi 55. de Elect. Engel d. l. n. 5.* Vincentius Petra d. l. pag. 57. n. 18. & seqq. Rota Rom. in *rec. p. 7. dec. 81.* Ratio est: quia, que aguntur coram & cum uno vel altero ex Capitularibus separatim, non aguntur Capitulariter, sed singulariter. Unde omnes ad unum locum convocentur, & ibi simul omnes ad tractandum & deliberandum convenient, necessum est. Conferatur Illustriss. & Reverendiss. DD. Joannes Sigismund. Zeller in *Consil. practic. consil. 19. n. 48. & seqq.*

Quisnam verò sit locus ille: parum interest: quamvis enim in plerisque Ecclesiis separata conclavia pro tractatibus Capitularibus habeantur; nil tamen impedit, quò minus Capitulum in alio loco, securo & honesto, convocari possit. Card. de Luca de *Regularib. disc. 53. num. 12.* Petra *cit. l. pag. 58. num. 21.*

Rota

Rota in *rec. p. 19. tom. 2. dec. 439. n. 7.* quia, ubi est Capitulum congregatum, ibi fit actus Capitularis. Rota in *rec. p. 6. dec. 36. n. 39.* Si tamen in choro fieret congregatio vel consultatio Capitularis, displiceret Rotæ in *recent.*

p. 18. dec. 363. n. ult. quia chorus est locus, orationi deputatus: nihilominus si strepitus aut scandalum cessaret, non displiceret Petri *cit. l. num. 2.* nec Rotæ, à decisio olim recedenti in d. p. 18. tom. 2. dec. 770. n. ult.

SECTIO II.

De Potestate Capisuli Sede Vacante.

SUMMARI A.

40. Transgressio ad potestatem, quam habet Capitulum Sede Vacante. 41. Explicatur Vacatura Sedis. 42. & seqq. Declaratur illius multiplicatus. 46. & seqq. Explicatur Vacature duratio. 48. & seqq. Referuntur & probatur sententia, tribuens Capitulo potestatem in omnibus, que non sunt excepta. 53. Referuntur, & probatur sententia contraria. 54. Eliguntur prior. 55. Satisfit posteriori. 56. & seqq. Tenetur Vicarium constituere. 58. Capitulum Regulare quoque succedit in potestatem sui Prælati. 59. & seqq. Textus & ratio. 61. & seqq. Officium Prioris vel Decani, antecederet constituti, tollitur. 63. Nisi à Capitulo Regulari & Prælato simul fuerit deputatus. 64. Tangitur consuetudo. 65. Exponitur distinctio inter actus Jurisdictionis.

66. In Jurisdictione contentiosa succedit Capitulum. 67. & seqq. Etiam in Visitatione. 69. & seqq. Excipitur Jurisdictio delegata. 71. & seqq. Succedit etiam in Jurisdictione voluntaria, quam ex necessitate quadam exercet Prælatus. 73. & seqq. Excipitur Jurisdictio extraordinaria. 75. Et illa, que ex libera voluntate exercetur. 76. Nisi periculum in mora sit. 77. & seqq. Eadem verè doctrina applicatur ad Jurisdictionem temporalem. 80. & seqq. Nec non ad Jurisdictionem Archi-Episcopalem. 82. & seqq. Præterea potest omnia facere, que non præjudicant successoribus. 84. & seqq. Ostenditur exemplis. 89. Non item, que præjudicant. 90. & seqq. Demonstratur ab inductione. 95. & seqq. Agitur de potestate Ordinis.

§. I.

Quandònam & quàm diu Sedes Vacare censetur?

40 Vidimus, quid sit Capitulum, quæ illius membra, & quomodò convocetur. Videndum modò, quam potestatem habeat Capitulum Sede Vacante; præmissis verò disquirendum, quandònam & quàm diu Sedes vacare censetur?

41 Sedes vel Ecclesiam denotat, tum Sæcularem tum Regularem, cui Prælatus præsidet; vel dignitatem, quæ Prælatus respiciendæ; diciturque vacare, & viduari, quando destituitur suo Prælato, cum quo fœdus connubii spiritualis vel quæsi-inverat *cap. ne pro defectu 41. de Elect.*

42 Potest autem Ecclesia vacare, sùdque destitui Prælato multis ex causis. I. est mors naturalis, quæ non solum conjugium carnale, sed etiam spirituale dissolvit *cap. sicut aliter 39. VII. q. 1.* II. est mors civilis, quæ inducitur tum ex spontanea resignatione *cap. inter corporalia 2. de Translat. Ep. cap. nisi 10. in fin. de Renunciat.* tum ex translatione Prælati ab Ecclesia ad aliam *cap. bone 4. in fin. de Postulat.* tum ex amotione, depositione, privatione per *cap. si quis 15. XIII. q. 2. cap. in singulis 7. de Statu Monach. cap. ex literis 10. in fin. de Except. Prælat.* III. est impotentia quadam ad spirituale officium obeundum, per suspensionem, excommunicationem, aliudve

impedimentum contracta *arg. cap. Romana 1. de Offic. Vicar. in 6. cap. un. in pr. Ne Sede Vac. eod. in 6.* quia, ut dicitur in *cit. cap. inter corporalia 2.* idem est, non habere Prælatum, ac inuisilem seu impotentem habere. IV. est diuturna absentia Prælati, veluti si captus aut detentus sit ab hostibus, aut alias in remotis quacunque demum ex causa degat, ut illius præsentia brevi non possit sperari *d. cap. un. §. ult. Ne Sede Vac. in 6. cap. si Episcopus 3. de Supplenda neglig. Prælat. eod. in 6.* Nam etiam in tali eventu est quoddam divortium matrimonii spiritualis, dum Prælatus non cohabitât Ecclesiæ, suæ sponte *arg. cit. cap. inter corporalia.*

Hæcque Sedis Vacatura, si primò vel secundo modò contigerit, eousque durat, donec novus Prælatus electus, ac confirmationem, vel jus administrandi per speciale privilegium secundum dicta in *Lib. I. tract. de Mod. acquir. Prælat. cap. 1. à n. 194.* adeptus fuerit *arg. cap. quoniam 1. Dist. 100. Reiffenstuel ad cit. tit. Ne Sede Vac. num. 6.*

Sin autem tertio & quarto modò Vacatura acciderit, usque ad tempus soluti impedimenti vel instituti reditus extenditur per textum in *cap. sicut aliter 39. & cap. pastoralis 42. VII. quest. 1.*

§. II.

Quænam in genere potestas Capitulo Sede Vacante competat?

48 Regulam hic statuunt Gutierrez Canon. Q. Q. lit. I. cap. 11. n. 10. Fermolinus de

pot. Capit. tr. 1. q. 1. n. 6. & 11. Barbofa ad *cap. illa 2. ne Sede Vac. n. 3.* Fagnan. *ibid. num. 6.* P. En-

P. Engel ad *encl. tit. n. 1.* P. Wiestner *ib. n. 4.* Pignatell. *tom. 9. consil. 159.* Capitulum Sede Vacante succedere in potestatem Episcopi, posseque omnia, ad Episcopum spectantia, facere, quae specialiter ipsi prohibita non sunt.

49 Textus, statuta regulam approbantes, sunt I. in *cap. si Episcopus 3. & cap. seq. de Supplenda negli. Pralat. in 6.* ubi sine exceptione vel restrictione dicitur, Sede Vacante Capitulo facultatem administrandi in spiritualibus & temporalibus esse concessam. II. in *cap. bis qua*

50 11. de *M. & O.* ubi non obscure declaratur, Capitulum post mortem Cardinalis competere omnem potestatem, quam habuit Cardinalis, praeter ea, quae specialiter S. Pontifex sibi reservavit.

51 III. in Concil. Trid. *sess. 24. de Reformat. cap. 16.* ubi Sede Vacante jubetur Capitulum Cathedralem Vicarium constituere, vel antiquum confirmare, qui nomine Capituli administrationem gerat, ac futuro Episcopo rationem officii, Jurisdictionis, & administrationis reddat; sicque indicatur, totam Episcopi potestatem penes Capitulum

52 principaliter residere. Ratio est: quia in qualibet administratione generali censentur omnia comprehendere, quae nominatim à Jure vel ab homine non fuerint excepta *arg. cap. qui ad agendum 4. cum seq. de Procurat. in 6. cap. in toto 80. cum seq. de R. 7. eod. in 6.* Cum ergo Capitulum Sede Vacante habeat generalem administrationem per text. in *cap. is cui 42. de Elect. in 6.* nec alius addit, qui potestatem demortui Praelati exerceat, poterit omnia facere, quae nominatim excepta non fuerint.

53 Regulam aliam, priorique contrariam formant Glossa in *Clem. 1. de Haeretic. & Capituli Panormitan. ad rubr. tit. ne Sede Vac. P. Pirhing ad encl. tit. n. 2.* videlicet Capitulo non competere facultatem, Sede Vacante quidquam agendi, nisi id expresse concedatur à Jure. Fundamentum regulae praebet tum *rubr. cit. tit. Ne Sede Vacante aliquid innovetur*, quae negativè est concepta, completum sensum exhibet, ac indefinitè prohibet, ne quid in Ecclesia vacante innovetur: tum *cap. illa 2. eod. tit.* ubi collatio beneficiorum interdicta legitur Capitulo ex ea ratione: *cum nusquam inveniatu r cantum in Jure, quod Capitulum vacante Sede fungatur vice Episcopi in collationibus praebendarum.*

54 Priorum Regulam, cum faveat non tantum Capitulo, sed etiam Ecclesiae, cujus interest, nullò non tempore habere generalem administratorem, universali quâdam potestate donatum, ne res illius & personae dispensatione patiantur, posteriori antepono, & ad argumentum, ex rubrica desumptum, Resp. eam non aliter esse considerandam, quam editum prohibitorium, cujus ea est indoles, ut omnia concedat, quae specificè non prohibet per *cap. cum apud 23. de Sponsal. l. musus 43. §. 1. sess. de Procurat.* Ad *cap. illa* Resp. sub potestate administrandi, quam habet Capitulum, non contineri potestatem alienandi: & quia

libera beneficii collatio sapere videtur alienationem *arg. cap. postulatistis 15. de Concess. praeb. rectè dicitur, quòd, cum specialiter Capitulo non invenitur esse concessa, prohibita reputari debet, quae sine Jure non multò suspenditur, nisi per Jure.*

Cum verò totum Capitulum ad singulos actus, Vacante Sede expediendos, admodum difficulter congregetur, in Concil. Trid. *cit. sess. 24. de Ref. cap. 16.* sancitum est, ut Capitulum Cathedralem unum vel plures Oeconomos fideles ac diligentes decernat, qui rerum Ecclesiasticarum & proventuum curam gerant, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, sint reddendi. Si milliter praecipuum est, ut *Officialem seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituat, vel existentem confirmet, qui saltem in Jure Canonico sit Doctor vel Licentiatu, vel alias, quantum fieri poterit, idoneus &c.* Quam constitutionem accuratè examinant Barbofa in *colleclan. ibid. à n. 3.* Fermosin. *de potest. Capit. tr. 1. q. 8. & seqq. Card. de Luca lib. 12. p. 2. disc. 24. & seqq.*

Quaeres: an potestas & Jurisdictione Praelati Sede Vacante transeat ad Conventus vel Capitula Regularia?

Resp. cum commune affirmativè. Ita S. Rota Rom. in *recen. p. 1. decif. 346. num. 1. & seqq. Panormitan. in cap. novis. 1. Ne Sede Vacante sub n. 5. & in cap. ult. de Statu Monach. n. 8. & 9. Innocentius in cap. dilectus 8. de consuetud. num. 1. P. Engel ad *tit. ne Sede Vac. n. 16.* Margnif. D. P. König *ibid. n. ult.* Clariff. & celebratissimus olim hujus Universitatis Professor noster P. Sebastianus Röher in *tratt. de pot. Prior. clausural. cap. 1. post conclus. 2. n. 3.* Col igitur ex dictis supra in *num. 15.* & non obscure deducitur tum *ex cap. ult. de Regular. in 6.* ubi susceptor Monachorum ad professionem Sede Vacante dicitur ad Conventum pertinere, si de consuetudine pertineat ad Praelatum simul & Conventum; tum *ex Clem. ne in agro §. si quis autem versio. si quis verò de Statu Monachor.* ubi collatio beneficiorum, Abbate suspensò, Conventui tribuitur. Ratio est: quia, dum major est communio jurium, & honorum inter Praelatum & Capitulum Regulare, quam inter Episcopum, & Capitulum Cathedralem: omnino conveniens & aequum est, dum Sedes Praelati Regularis vacat, illius potestas ad Capitulum Regulare devolvatur.*

Num verò hæc potestas in actu secundo per Priorem, Præpositum, vel Decanum Claustralem, antecederent à Praelato Regulari constitutum, exerceatur? Alia est questio, in qua, præcidendò à consuetudine, & inhærendò Juri Communi probabilius existimo, officium ac potestatem Prioris, Præpositi, vel Decani Claustralis per mortem Praelati Regularis penitus extingui, ac per censuram illius suspendi; proindeque opus esse, ut à Conventu seu Capitulo Regulari confirmetur, veluti de Vicario Episcopi in *num. 57.* notatum est. Ita rursus Panormitanus *cit. loc.* Cujus ratio est, quia per argumentum, *ex cap. 62.*

Romana 1. de Offic. Vicarii in 6. petitum, quoties expirat vel suspenditur officium & potestas Judicis superioris, vel principalis, expirat vel suspenditur officium & potestas Vicarii seu vices gerentis, sicuti pro regula tradit Passerin. *ad cit. cap. Romana n. 10. & seq.* Quicumque verò Superior in Monasterio, Prælato vel Abbate inferior, est illius vicarius seu vices gerens, per ea, quae habentur in *Lib. 1. trakt. de Jurisdic. cap. 6. num. 103.* Ergo &c.

63 Aliud foret, si hujusmodi Superiores non à solo Praelato, sed etiam à Conventu seu Capitulo Regulari fuissent constituti: tunc enim ipsorum officium cum officio Praelati nec expiraret, nec suspenditur, prout denuò Canonistarum Princeps Panormit. *ad cit. cap. no-*

vii 1. Ne Sede Vac. n. 5. concludit, & non obscure insinuat Tamburin. *de Jure Abbat. 10. 2. disp. 1. q. 4. n. ult. in fin.* in quo sensu Authores contrarii sunt intelligendi.

Quia tamen non minus Capitulum Regulare quam Cathedralem nequit per se Jurisdictionem exercere; hinc, ne novum Superiorem pro tempore interregni constituere nequeat, plerumque retinet antiquum; indeque forsitan initium sumptit consuetudo, ceteroquin ex generalibus principiis, quae consuetudinis probationem exactam desiderant, valde dubia, de qua multi cum *cit. P. Röher d. tr. cap. 1. conclus. 1. n. 1. & seqq.* testantur, quòd ejusmodi Superiores post obitum sui Praelati in suo officio & potestate relinquuntur.

§. III.

Quos Actus Jurisdictionis in specie Capitulum Sede Vacante possit exercere?

65 Hæc præmitto distinctionem inter actus Jurisdictionis ordinariæ, extraordinariæ, & delegatæ; item distinctionem inter actus Jurisdictionis contentiosæ & voluntariæ; rursus distinctionem inter actus Jurisdictionis voluntariæ, qui ex aliqua necessitate, & qui sine necessitate peraguntur, ac

66 Dico I. Capitulum Sede Vacante potest exercere omnes actus Jurisdictionis contentiosæ, ad Praelatum jure ordinariò spectantes. Textus in primis extat in *cap. is cui 42. de Elect. in 6.* Deinde potest assertio ab inductione sic demonstrari. Actus ad Jurisdictionem contentiosæ jure ordinariò revocabiles, sunt I. cognitio de causis beneficialibus, decimilibus, matrimonialibus, clericalibus, criminalibus; II. sententia censurae Ecclesiasticae; III. visitatio diocesis; IV. compulsio executorum, in testamento nominatorum, ad exequenda legata pia &c. Textus in *cap. perniciosa 1. cap. conquirentes 16. de Offic. Judic. Ordin. cap. nullus 2. cap. si quis 4. cap. significasti 18. de Foro compet. cap. nos quidem 3. de Testament. cap. ex literis 1. de Consanguinit. & affinit.* Atqui hos & similes actus Capitulum Sede vacante potest exercere per textus in *cap. bis que 11. de M. & O. cap. veniens 7. de eo qui duxit in matrimon. cap. si Episcopus 3. cum seq. de Supplenda negli. Pralat. in 6. cap. ad abolendam 9. de Haer. Clem. multorum 1. §. propter eod. Ergo &c. Fermosin. *de pot. Capit. d. tr. 1. q. 14. per tot.**

67 Quidam excipiunt visitationem ob textum in *cap. ult. de Supplenda negli. Pralat. in 6.* in quo Bonifacius VIII. *Ecclesia Cathedrali*, inquit, *vacanti Visitator ab alio, quam à Romano Pontifice, de-*

68 *putari non potest.* Sed, si textus penitus incipiat, non loquitur de visitatione subditorum, à Capitulo faciendâ, sed de Administratore generali, in Ecclesia Cathedrali, Sede Vacante, deputandò: cumque ejusmodi deputatio sit una ex causis majoribus, ac per illum Capitulo sua potestas adimatur, ideo Summo Pontifici relevata, nec Archiepiscopo aliter est concessa, quam si Capitulum in spiritualibus & temporalibus sit negligens, aut per-

peram administraret. Rota Rom. in *recen. p. 3. decif. 166. num. 2. 3. & 4.* Passerin. *ad cit. cap. num. 6.*

Dixi superius: *jure ordinariò.* Quae enim ex Jurisdictione delegata exercerentur à Praelato, non transferuntur ad Capitulum, prout in *cit. tr. de Jurisdic. cap. 6. n. 28.* insinuatum, & à pluribus est traditum cum Reverendiss. & Illustriss. D. Barone Zeller *cit. consil. 19. sub num. 92. & 100.* Fermosin. *d. trakt. 1. quæst. 2. num. 10. & seqq. Barbofa de off. & pot. Episc. alleg. 92. n. 17.* P. Engel *ad cit. tit. Ne Sede Vac. sub n. 1.* P. König *ibid. n. 11.* per textum in *cap. pastoralis 11. §. praeerea de Offic. Judic. Ord. ubi indicatur, Delegato Sedis Apostolicae quoad Jurisdictionem neminem succedere, nisi Summo Pontifici, aut alius Delegatus, in onere & honore similis.*

Ex quo cum Pavino, Garcia, Tuscho, Fermosin. *d. tr. 1. q. 22. n. 12.* Barbofa *de off. & pot. Episc. alleg. 73. num. 25.* bene infert P. Wiestner *ad d. rit. n. 15.* Capitulum Cathedrali non competere facultatem, exempta Monialium Monasteria visitandi: quippe cum Episcopis, tanquam Sedis Apostolicae Delegatis, in *Clem. ult. de Statu Monachor. & Trident. sess. 25. de Regular. cap. 9.* concedatur.

Dico II. Actus Jurisdictionis voluntariæ, quos jure ordinariò Praelatus ex quadam necessitate debebat exercere, potest etiam Capitulum exercere. Textus generalis in *cap. is cui 42. de Elect. in 6.* Ratio desumitur ab inductione. Actus Jurisdictionis voluntariæ, quos jure ordinariò Praelatus Ecclesiasticus ex quadam necessitate propter jus alteri suo modò jam acquisitum debebat exercere, sunt institutio in beneficium; approbatio ad curam animarum; acceptatio resignationis beneficiorum; confirmatio electionum; absolutio à censuris &c. per textus in *cit. d. cap. perniciosam 1. cap. cum ab Ecclesiasticis 3. cap. conquirentes 16. de Offic. Judic. Ord. cap. admonet 4. de Renuntiati. cap. cum satis 4. de Offic. Archidiacon. cap. cum olim 18. de Praescript. cap. ex frequentibus 3. de Infructu. Sed recentitos actus pot-*

test exercere Capitulum Sede Vacante *cap. cum olim 12. de M. & O. cap. un. eod. in 6. cap. est 1. de Instit. in 6. Ergo &c.*

73 Dixi rursus *jure ordinario*. Nam quæ Prælati non vi officii, sed extraordinario jure, atque ex speciali Sedis Apostolicæ indulgentia & benignitate vel per constitutionem generalem fuit concessa, sicut dispensatio in irregularitate, ex delicto occulto subortâ, per Trident. *sess. 24. de Ref. cap. 6.* Episcopus est indulta; vel per privilegium speciale, sicut dispensatio in tertio vel quarto consanguinitatis aut affinitatis gradu; item dispensatio quoad ordinationes extra tempora nonnullis Episcopis specialiter est tributa, Sede Vacante non transferuntur ad Capitulum. Illustriss. D. Zeller *d. n. 92. & 100.* Fermoſin. *d. l. q. 1.*

74 & 2. & q. 19. n. 18. P. Engel *cit. l. n. 1.* Ratio est: quia generalis administratio, quam circa Jurisdictionem Prælati fortitur Capitulum, ea neutiquam comprehendit, quæ jure speciali conceduntur *arg. cap. licet 2. & cap. ult. de Offic. Vic. in 6. cap. qui generaliter 5. in pr. de Procurat. eod. in 6. cap. in generali 8. de Reg. Jur. in 6.* Dissentit quoad primum exemplum ex Tridentino cum multis à se nominatis P. Reiffenstuel *ad tit. Ne Sede Vac. n. 54. & 57.*

75 Dico III. Actus Jurisdictionis voluntariæ, quos ex libera voluntate Prælati exercet, nequit Sede Vacante Capitulum exercere, Ostenditur assertio. Ad Jurisdictionem voluntariam, quam ex libera voluntate, citra jus partis, exercet Prælati, potissimum reducitur dispensatio in votis, juramentis, beneficiis &c. Sed talis dispensatio viæ Capitulo adstruenda videtur: quandoquidem nec ulla necessitas nec utilitas suadet, tam largam potestatem Capitulo indulgere; sicut nec utile nec necessarium videbatur, collationem beneficiorum Capitulo tribuere *per cap. illud 2.*

76 *Ne Sede Vacante.* Ergo &c. Si tamen eveniret casus, quod dispensatio prudenter denegari non posset, puta si periculum in mora verisaretur, tunc cessaret ratio hujus assertio- nis, & vi secundæ locum haberet dispensatio, prout anteriorem conclusionem ponunt & limitant Fermoſin. *cit. q. 1. & 2. & q. 19. n. 18. 21. 25. & q. 21. n. 1.* Engel *cit. l. n. 10.* König *ibid. n. 10.*

77 Scrutaberis I. an Capitulum Sede Vacante succedat in Jurisdictione temporali, territoriali, ejusque juribus & prerogativis?

Resp. Capitulum succedere cum ea ferè

§. IV.

Quos alios actus Capitulum exercere possit Sede vacante?

82 Quoad alios actus, à Capitulo Sede Vacante peragendos, alias duas præscribo regulas, &

Dico I. Capitulum Sede Vacante potest exercere omnes actus, per quos futuro Successori nullum præjudicium causatur. Desumitur hæc regula per argumentum à sensu contrario *ex rubr. & cap. novit. 1. Ne Sede Vacante*

proportione in Jurisdictione temporali, sicut in spirituali, juxta consuetudinem universalem Imperii Romano-Germanici, per Instrumentum Pacis Westphalicæ *art. 5. §. 17. & §. 21.* seu declaratum, seu confirmatum. Gail. *pract. obs. lib. 1. obs. 30. per tot.* Clariss. D. de Bassis *in disp. Jurid. de Jurisdic. lib. 44. num. 1.* Hinc pleraque Jura, Statibus Imperii quæ talibus communia, ea ea, quæ Jurisdictionis ordinariæ sunt, nec non regimen & administrationem Territorii concernunt, qualia sunt, interesse comitiis, dare suffragium, exercere justitiam in causis civilibus & criminalibus &c. exercet Capitulum Ecclesiæ Imperialis Sede Vacante *per cit. art. 5. §. 21.* Pacis Westphal. ac varia exempla, quæ addidit laud. de Bassis *num. 2.* E contra prerogativæ ac

79 jura extraordinaria, quæ dignitati ac præminentiæ defuncti Prælati annexa sunt, qualia sunt, eligere Imperatorem, convocare Electores ad electionem Cæsaream, dirigere Comitiam Imperii &c. ad Capitulum non devolvuntur, veluti probant, & præjudicia referunt D. de Bassis *cit. lib. 44. n. 3. & lib. 45. n. 1. & seqq.* Bernardus Muz *in repræs. Civit. Majestat. p. 3. cap. 16. §. 4. n. 49.* D. Hermes *in fusc. Jur. publ. cap. 6. n. 51.*

80 Scrutaberis II. an Capitulum Metropolitanum succedat Archi-Episcopo seu Metropolitanum; non tantum in iis, quæ competunt ipsi tanquam Episcopo, sed etiam in aliis, quæ competunt eidem tanquam Archi-Episcopo?

Resp. Capitulum in utrisque succedere, quatenus ad potestatem Jurisdictionis Archi-Episcopalis pertinent, & specialiter Archi-Episcopi personæ non sunt reverentia, veluti reservata est convocatio Concilii provincialis in Trid. *sess. 24. de ref. cap. 2.* Textus notandus in *Extravag. saluator 5. de Præbend. inter commun. Barbola de Off. & pot. Episc. p. 1. tit. 1. cap. 6. n. 12.* Vincentius Petra *comment. Apostol. rom. 1. pag. 278. num. 38. & seqq.* Ratio est: quia ex n. 48. & seqq. item n. 66. & seqq. pro Capitulo est generalis præsumptio, quod succedat in Jurisdictionem Prælati, Sede Vacante: Rota Rom. coram Enteris *dec. 731. & 764. n. 10.* Card. de Luca *de Præminenti. disp. 19. n. 6. disp. 20. n. 12. disp. 22. n. 6.* consequenter etiam pro Capitulo Metropolitanico est præsumptio, quod succedat in Jurisdictionem sui Prælati, qui alius non est, quam Archi-Episcopus.

83 Eiusque ratio est: quia Successor in Prælatura non potest conquerere gestis & actis Capituli Sede Vacante, quando nullum exinde præjudicium subire potuit: & idem ejus generis acta & gesta non possunt esse Capitulo prohibita. Unde

84 Inferitur I. quod Capitulum possit facere statuta, Successori Prælati, ejusque juribus, præ-

prærogativis, vel præminentiæ non præjudicantia, ac eousque duratura, donec à Successore reformentur. Latè *cit. Reverendiss. & Illustriss. D. Zeller consil. 19. à num. 60. ubi in num. 94. monet, sine necessitate nihil Sede Vacante statuendum esse.* Fermoſin. *cit. tract. 1. q. 17. num. 1. & 3.* ubidem monitum suggerit. P. Engel *ad tit. de Constit. n. 21. & seq. P. Wiestner ubi supra n. 7.*

85 Inferitur II. quod Capitulum possit synodum congregare. Rota Rom. *p. 4. tom. 2. decis. 437. n. 13.* Sed, ut puto, non aliter, quam si necessitas quædam subsit.

86 Inferitur III. quod charitativum subsidium possit exigere. Glossa *in cap. expientes 16. v. aliunde de Elect. in 6. Clem. statum 7. eod. tit. n. 13.* Sed, ut denuò causam necessitatis adesse debere, opinor cum *cit. Wiestner num. 8.*

87 Dico II. Capitulum non potest Sede Vacante quemcumque actum Jurisdictionis exercere, per quem Successor Prælati damnum aliquod subire possit. Constat *ex rubr. & cap. novit. 1. Ne Sede Vac. ubi datur ratio, quod Sede Vacante non sit, qui Episcopale jus incutatur.* Hinc

88 Inferitur I. Capitulum non succedere in libera beneficiorum collatione, ad Prælatum spectante, tametsi ad eorum collationem consensu aut consilium Capituli desideretur *cap. illa 2. d. 2. cap. un. §. cum sero eod. in 6. cap. est Capitulum 1. de Instit. in 6.* Secus est, si collatio non sit omnino libera, sed ex negligentia inferiorum collatorum devoluta; quod casu non tam favorem Episcopi, quam beneficii vacantis jus conferendi beneficium respicit.

89 Engel *ad cit. tit. Ne Sede vacante n. 5.* Item si collatio pertinet ad Capitulum, dependenter à consilio Episcopi *d. cap. un. §. ult. Passerin. ib. n. 29. & seqq.* quod consilium à mortuo requiri non potest, & ab absente per literas aut nuntium requiri non debet. Item si collatio ad Capitulum & Prælatum communiter & ita pertineat, ut & Capitulum unum suffragium, & Prælati unum habeat *d. cap. un. in pr. in 6. Fermoſin. cit. l. q. 23. & 24. per tot.*

92 Inferitur II. neque jus præsentandi vel no-

minandi Clericos soli Prælati competens, ad Capitulum devolvi *arg. cap. ult. de Consec. præb. ubi præsentatio vocatur donatio, quæ Capitulo interdicitur cap. cum vos 4. de Offic. Judic. Ordin.*

Inferitur III. Capitulum non licere, res Ecclesiæ, nisi servandò non sint servabiles, distringere, minus in utilitatem propriam convertere *cap. si qua 2. XII. quest. 2. cap. quia sive 40. cap. is cui 42. de Elect. in 6. Clem. statum 7. eod. Præterquam si tam urgens immineret necessitas, ut in tempore futuri Successoris non posset differri, prout ex Molina refert P. Wiestner *cit. l. n. 38.**

Inferitur IV. litem super rebus & juribus Ecclesiæ non tantum inchoari, sed etiam continuari non posse à Capitulo juxta *cap. ult. Ne Sede Vacant.* Non tantum si Capitulum sit Cathedralis, uti creditur Innocentio *in cap. cum dilectus 8. de Consec. & Felix. in cap. edoceri 21. de Rescrip. sub n. 7.* sed etiam si Regulare vel Collegiale sit, ac Vacatura non sit adæd diuturna, sicuti judicavit Panormit. *ad d. cap. ult. n. 5.* Engel *ad cit. tit. n. ult.*

95 Quæres: an Capitulum Sede Vacante succedat in iis, quæ spectant ad potestatem Ordinis?

Resp. Capitulum succedere in eo sensu, ut possit actus Ordinis alii, Episcopali characterè præditis, exercendos committere; non autem per se exercere. Textus in *cap. cum nullus 3. de Tempor. ordinat. in 6. Fermoſin. cit. l. q. 21. n. 10.* Ratio est: quia potestas Ordinis, cum fluat ex characterè Episcopali, nequit ad Capitulum, tali characterè destitutum, eatenus transire, ut actus Ordinis per se valeat exercere: quia tamen commissio seu delegatio actuum Ordinis pertinet ad potestatem Jurisdictionis, Capitulum non est prohibuit, alteri, qui characterè Episcopali fulget, actus Ordinis demandare *arg. cap. suffraganeis 11. de Elect.* Restricta tamen hæc potestas legitur in Trident. Concil. *sess. 7. de Ref. cap. 10. ut non liceat Capitulis Ecclesiarum Sede Vacante, infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam, nisi literas dimissorias alicui concedere, qui beneficii recepti vel recipiendi occasione arctius non fuerit.*

SECTIO III.

De Potestate Capituli Sede non-vacante.

SUMMARI A.

98. Digressio ad potestatem Capituli Sede non-vacante. 99. Prælati habet omnimodam potestatem. 100. Sed aliquando restrictam ad Capitulum. 101. Consensum vel consilium. 102. Differentia consilii & consensus. 103. & seq. Adstruuntur consilii utilitas. 105. & seq. Requiritur consensus singulorum, ubi de jure singulorum agitur. 110. & seq. Offenditur ab inductione. 113. & seq. Exponitur cap. ult. de his, quæ sunt &c. 116. & seq. Consensus Capituli requiritur tantum in causis, à Jure

expressis. 119. & seqq. Enumerantur isti casus. 126. & seq. Requiritur tunc absoluta pluralitas votorum. 128. & seqq. In impari Capitularium numero non præcise unum votum supra medietatem desideratur. 131. & seqq. Prælati suo consensu non potest efficere majora. 136. & seq. Majora vota debent etiam esse saniora. 138. In dubio pars major præsumitur esse sanior. 139. & seqq. Consensus Capituli potest subsequi actum. 145. & seqq. Aliquando subscriptio Capituli est necessaria. 148. In causis alicujus momenti consilium

slum Capituli postulat. 149. & seqq. Nonnulli casus aringuntur. 154. & seqq. Resolvi-

tur dubium, an in erectione novi Monasterii consensu vel consilio Capituli sit opus?

§. I.

Debeatne Prælati in suis actionibus consensum vel consilium Capituli requirere?

198 **P**erfecta Capituli potestate, quæ pollet Sede Vacante, perspicuum deinceps potestatem, quam obtinet Sede non-Vacante, sed Prælati tam naturaliter quam civiliter vivente. Ubi

199 Sciendum est Prælati equidem, cum Sæculari, tum Regulari, competere generalem potestatem, ea omnia agendi & tractandi, quæ vergunt in bonum & utilitatem suæ Ecclesiæ per textum in cap. nullam 9. XIII. q. 2. cap. perniciosam 1. cap. conquirente 16. de Offic. Jud. Ord. cap. cum nobis 19. in fin. de Elect. & dicta in Lib. I. tit. de Jurisdic. cap. 4. an. 15. & cap. 6. an. 101.

100 atamen, quia tam arcta est conjunctio inter Prælatum & Capitulum, ut hoc rationem Corporis, ille figuram Capituli habeat; æquum omnino & rationi consonum est, ut Prælati in suis actionibus, saltem si magis sint arctæ & momentosæ, tum ad majorem unionem & concordiam servandam, tum ad ipsa negotia maturius & securius agenda, deluper cum Capitulo tractet, & vota Capitularium exquirat per cap. novis. 4. d. tit. de his, quæ sunt à Prælati & post factum non penitebis.

101 **Q**uare SS. Canones saluberrime constituerunt, ut in quibusdam negotiis Prælati consensum Capituli, in quibusdam consilium duntaxat adhibere teneatur; eò quidem cum effectu, ut, ubi consensus Capituli requiritur, non sufficiat, Capitulares convocasse, eorumque suffragia percepisse, sed necesse sit,

mentem & conclusionem totius Capituli vel majoris partis, sub periculo nullitatis, amplecti per cap. irrita 1. cap. ea noscitur 6. cap. tua nuper 8. & passim d. tit. de his, quæ sunt à Prælati.

Ubi 102 verò consilium duntaxat exigitur, non potest quidem consilium citra nullitatem actus omitti; attamen satis est, cum Capitulo, in unum convocato, deliberare, ac audire solum consilium, non sequi per textum egregium in cap. cum in veteri 52. de Elect. cap. cum olim 7. de Arbitr. & l. item si 17. §. ult. ff. de Recept. qui arbitri. recepti. Ea siquidem est natura consilii, ut nullam inferat necessitatem ea, quæ consilio suggesta sunt, exequendi juxta textum in cap. ult. XII. q. 1. l. mandatum 2. §. ult. ff. Mandati.

103 Neque reponas: sic frustra Capituli consilium requiri, si Prælati detur libertas, velint consilium amplecti, vel respuere. Nam etiam in aliis eventibus, esto nulla sit obligatio consilium exequendi, frustra non requiritur, juxta monitum Sapientis; omnia fac cum consilio, & post factum non penitebis.

104 Cum enim plures videant oculos, quàm oculus; & magis integrum sit judicium, quod plurium interventu perficitur cap. prudentiam 21. in fine pr. de Offic. & potest. Jud. deleg. utique perfectior erit actus, ad quem Prælati suorum Capitularium sententiæ prærequirit; nec facile poterit contra communem opinionem aliquid attentare, si prudens, ac bonâ conscientiâ sit prædicus.

§. II.

In quibus casibus debeant singuli de Capitulo consentire?

105 **C**asus, in quibus singuli de Capitulo consentire debent, unica & sequenti regulâ comprehenduntur: quoties agit de jure singulorum Capitularium amittendò vel minuendò, toties ad valorem actus singulorum consensus requiritur. Tradunt hanc regulam pro Capitulis seu communitatibus Ecclesiasticis Fagnanus in cap. cum in capitulis 1. de his, quæ sunt à majori parte n. 10. P. Engel ad d. n. 11. P. König ad eund. tit. num. ult. P. Reiffenstuel ibid. n. 34. Vincentius Petra commentar.

107 **A**postolic. tom. 1. p. m. 60. n. 27. Pro aliis communitatibus Laicis eandem regulam ponunt Lymæus ad Jus publ. lib. 9. cap. 1. n. 187. Berlich auctor. decis. 25. n. 4. Belsold. in thes. pract. sub verbo messe Stimm. Struv. ad tit. ff. Quod cuiuscumque Universi. nom. ib. 43. Miller ibid. sub lit. e.

108 **P**robant hanc ipsam regulam textus in l. in re communi 16. de R. J. in 6. l. per fundum 11. ff. de Servit. prad. ruffic. l. Sabinus 28. ff. Communi divid. in quibus habetur, in re communi, in qua singuli habent separatim interesse, meliorem esse conditionem prohibentis & reclamantis; plusve unius dissentium, quàm aliorum consensum operari. Ra-

106 tio est: quia, quod omnes tangit ut singulos, à singulis est approbandum cap. quod omnes 29. de R. J. in 6. aliàs consequitur, quod alteri per alterum iniqua generetur conditio, ac jux præhabitu in vitis auferatur contra cap. non debet 22. & seq. eod. tit. l. invitum 11. l. in venditis 13. Cod. de Contrah. empt. Unde

109 **D**educitur I. in casu, quò Capitulum vult alienare sitandum, ad unum vel plures ex Capitularibus jure singulari pertinentem, alienationem non valere, nisi & illi, de quorum jure agit, consentiant; quemadmodum nec tenet alienatio feudi, quando non consentiunt omnes agnati; nec alienatio emphyteusis, quando non consentiunt omnes domini per tradita Fagnani d. l. n. 11. Berlichii cit. decis. 125. n. 2. & 6.

110 **D**educitur II. casu, quò agitur de jure usufrugii, in Capitulis abdicandò, consensu singulorum Capitularium opus esse, veluti clarissimum exemplum habemus in electione per compromissum, in quod omnes & singuli consentire debent per textum in cap. in causis 30. cap. quia propter 42. de Elect. & dicta in Lib. I. de Mod. acquir. Prælat. cap. 1. n. 428. & seq. Dedu-

112 **D**educitur III. casu, quò agitur de rebus Capitularium diminuendis, singulorum, in quorum præjudicium tendit diminutio, consensum requiri, prout cum aliis in specie docet Panormitan. in cit. cap. cum in quibus 1. de his, quæ sunt à majori parte n. 4.

113 **N**ec obstat cap. ult. eod. tit. ubi decernitur, ad restaurandum Ecclesiæ Cathedralis fabricam singulos de Canonicis aliquid contribuere teneri, si major & sanior pars Capituli consentiat, esto nonnulli de Capitulo reclamant.

114 **D**upliciter namque responderi potest. I. casum illius cap. singularem esse, ac in ea singularitatis ratione fundatum, quò rebus Capitularium, cum immediate proficiantur ab Ecclesia, in prima fundatione id onus censetur impositum, ut, si Ecclesia cum tempore reparacione indigeat, nec mediis, quibus in-

fluari valeat; abundet, quilibet Canonicus ex rebus suis aliquam portionem in subsidium Ecclesiæ subministrat; sicque majorem Capitali consensum desiderari, non tam ad contributionem faciendam; quàm indigentiam Ecclesiæ declarandam P. Engel ad cit. tit. sub n. 13.

115 **I**l. in favorem Ecclesiæ constitutum esse, quòd majoris partis consensus ad communem contributionem sufficiat, ut facilis & citius restauretur; quemadmodum in favorem defuncti jure Civili sancitum est, quòd, si hæreditas onerata & exhausta sit debitis; hæres cum creditoribus hæreditariis de parte debiti remittenda pacifesi, & si major pars creditorum in remissionem consenserit, etiam à minori dissentiente remissionem urgere possit juxta l. Juri gentium 7. §. ult. cum l. seq. ff. de Pall.

§. III.

In quibus casibus major pars Capituli consentire debeat?

116 **P**ro regula hic cum P. Engel ad tit. de his, quæ sunt à Prælati sine cons. Capit. teneo, consensum Capituli majorisque partis nunquam requiri, præterquam in casibus jure specialiter expressis. Recipiunt hanc regulam

117 Vallensis eod. tit. n. 3. Schambogen ibid. num. 2. Van-Epen J. E. U. p. 1. tit. 8. cap. 4. n. 5. ed. que teste non solum Canonicæ communiter eam recipiunt, sed etiam D. Carolus Borromeus in sua Synodo Provinciali P. p. 3. cap. 2. nec non sacra Congregatio Cardinalium in declaratione, quam refert Piascens in praxi

118 **E**piscoporum. p. 2. cap. 2. n. 3. approbavit. Cujus ratio est, quòd præcipua potestas ex n. 99. penes Prælatum resideat; ideòque quoad valorem actuum non debeat ad Capitularium assensum retrungi, nisi id clarè sit expressum in jure.

119 **E**x casibus expressis in jure I. est alienatio rei immobilis vel mobilis pretiosæ, de qua, cum propinquitur occasio se offerat in par. 2. cap. ult. ibidem tractare constituimus.

120 **I**I. est, quando agitur de subjectione Capituli, ita ut novum Superiorem, Metropolitanum, vel Primatem agnoscere teneatur cap. ult. de M. & O. ejus historiam eruditè profequitur Gonzalez ibid. in comment.

121 **I**II. est præsentatio Clericorum ad beneficia, in quibus Ecclesiæ vel Monasterio competitus patronatus: debet enim Prælati Clericorum, à majori parte Capituli designatum, presentare cap. ea noscitur 6. de his, quæ sunt à Prælati sine cons. Capit.

122 **I**IV. est unio beneficiorum (idem est de constitutione pensionis aut certæ portionis fructuum in alia Ecclesia cap. pastoralis 9. d. 1. cap. prohibemus 7. de Censib.) in qua si fiat alicui Collegio vel Monasterio, vel etiam Canonicatui, consensus Capituli est necessarius cap. tua nuper 8. d. 1. Clem. ult. de Reb. Ecclæs. non alienand. imò post Concilium Trid. sess. 13. de Ref. cap. 13. quoad unionem beneficiorum curatorum est necessarius consensus Papæ; nisi, ut limitant

Barbosa ad cit. l. Trid. n. 10. & seq. & Engel ad cit. tit. de his sub n. 3. unio fit pro fundatione, dotatione, & conservatione Monasterii vel Collegii. Sin autem unio fieret mensæ

123 **C**apituli vel Episcopii, non sufficeret utriusque consensus, si ve beneficium esset simplex, si ve curatum d. Clem. ult. quia regulæ Civili in 2. quamquam 1. in pr. ff. de Auctor. rei. adversar. quempiam Auctorem in rem propriam fieri

124 **N**on est, quando Prælati si ve per contratum mutui, si ve per aliam conventionem intendit obligare suam Ecclesiam: hæc enim, nisi major pars Capituli consentiat, obligari nequit per textum in cap. gravis 1. de Deposito cap. quod quibusdam 4. de Pædagog. cap. si quorundam 2. de Solution. Rota Rom. in recens. p. 14. decis. 42. per tot.

125 **V**I. est, quotiescunque versatur commo- dum & emolumentum Capituli quæ talis, veluti si agatur de augmento vel suppressione Canoniciatum per cap. cum accessissent 8. de Constitut. de susceptione Canonicorum vel Religiosorum cap. cum in Ecclesiis 33. de Prab. in 6. 9. §. 1. de Reg. 2. n. 189.

126 **Q**uæritur I. quot de Capitulo consentire debeant in casibus, in quibus majoris partis assensus exigitur?

127 **R**esp. tot de Capitulo debere consentire, ut numerum absolute majorem respectu omnium Capitularium, legitime vocatorum & presentium (absentes enim, qui vel vocari non debent, vel vocati non comparent, non computantur. Rota Rom. in rec. p. 6. dec. 36. Petra sæpe cit. tract. 1. commentar. pag. 64. n. 35. König ad tit. de his, quæ sunt à majori parte n. 9.) consentiant; nec attendi pluralitatem respectivam, seu quæ talis est respectu partis minoris. Et ideo si capitulares 24. essent præsentes, de 127 berent saltem 13. consentire; nec sufficeret, si 12. consentirent, 10. dissentirent, duo vota suspenderent. Text. in cap. Ecclesia 48. cap. in ge nesi 55. de Elect. cap. cum in cunctis 1. cap. ex ore 3. cap. ult. de his, quæ sunt à majori parte Cap. P. König. l. n. 10.

128 Queritur II. an, si numerus Capitularium presentium sit impar, v. g. 15. censetur esse pars major votorum, quando 8. consentiunt? Ratio querendi est: quia ad majoritatem votorum unum supra medietatem requiritur videtur. Sed quando ex 15. consentiunt 8. non habetur unum votum supra medietatem: cum numeri quindenarii medietas sit 7. cum dimidio, ac in casu proposito dimidium solummodo votum supra medietatem sit collatum. Nilominus

129 Resp. cum Panormit. in cap. *Comana* 50. de *Elect.* n. 9. Passerino de *Elect.* cap. 19. num. 18. Wiestner ad *tit. de his, que sunt a majori parte n. 21.* affirmative, quod ex 15. votis 8. sufficiant. Ratio est: quia gratis asseritur, nec probari potest ex textu vel ratione, unum votum supra medietatem ad majoritatem votorum desiderari: quippe cum ex n. 126. majoritas nihil sit aliud, quam absoluta pluralitas, que sane concurrat, ubi ex 15. in unum conveniunt 8.

130 Quin, dato non concessio, votum unum requiritur supra medietatem, at tamen in impari Capitularium numero votum dimidium supra medietatem pro integro fore computandum: tum quia divisionem non patitur: tum quia numerum absolute majorem efficit.

131 Queritur III. an, si Capitularium vota sint paria, atque ex viginti v. g. decem consentiant in alienationem, decem dissentiant. Prælatum suo consensu majorem partem efficere possit? Ita equidem non paucis persuasum esse, non ignorato: quia, dum Prælatum accedit uni parti vel dissentientium vel assentientium, undecim vota concurrunt, è quibus utique majoritas seu pluralitas resultat. At

Resp. negative. Passerino ad *cap. in Ne Sed. Vac. n. 20.* P. König ad *tit. de his, que sunt a majori parte n. 4.* Ratio est I. quia in actibus, in quibus Prælatum assensum Capitularium de Capitulo requirere tenetur, Capitulum consideratur, quatenus est aliquid distinctum & separatum à Prælatore, sicut insipienti text. in *cap. in Ne Sed. Vac. n. 20.* & *cap. pastoralis 9. de his, que sunt a majori parte n. 4.* Clem. ult. de *Reb. Eccles. non alienand.* manifestum fiet. Ceteroquin eveniret hoc absurdum, quod, dum dicimus, Prælatum incumbere, ut adhibeat consensum majoris partis de Capitulo, idem esset, ac si diceremus, Prælatum debere consensum suum ad numero & nomine Capitularium ex præmissis in n. 24. non habere votum in Capitulo, sed, ut colligitur ex Concil. Trid. *sess. 25. de Reformat. cap. 6.* traditur à Glossa in *cap. de collatione de ap. pellat. in 6.* & decimum est à Cardinal. apud Joannem Gallemart. in *Declarat. ad cit. loc. n. 22.* ipsius officium est, Capitulum convocare, votum ab eis colligere, & NB. *in n. 24. concludere.* Ergo non potest accessu suo facere majora.

132 Dissentit tamen Van-Episc. *cit. p. 1. tit. 8. cap. 3. n. 8.* & licet fateatur, Prælatum non habere votum absolute in Capitulo, asseverat tamen, illum habere vocem decisivam in paritate vo-

torum; quod assertum, esto alicubi in praxi vigeat, non video, quemodò sibi ipsi & Juri communi conveniat.

Queritur IV. num vota majora debeant esse laniora?

Resp. debere esse saniora, hoc est, gravioribus & solidioribus motis ac rationibus subnixà *cap. cum in cunctis 1. de his, que sunt a majori parte c. c.* Quod si minor & sanior pars con-

tradiderit majori, non quidem sufficit conclusum minoris partis, sed, si probaverit, vota pauciora fuisse meliora, conclusum majoris partis impedit per *cit. cap. cum in cunctis*, ubi Abbas n. 11. Magnif. P. König ad *ennd. tit. sub. num. 10.* Pithing *ib. n. 3.* Reiffenstuel ad *ennd. tit. num. 23. & seqq.* In dubio tamen, ubi non con-

stat aperte de contrario, major pars præsumitur esse sanior *arg. cap. prudentiam 23. in pr. de Offic. & pot. Fud. deleg. Abbas in cap. Ecclesia 48. de Elect. n. 4.* Fagnanus ad *cit. cap. cum in cunctis n. 4.* König *cit. l. Wiestner ad ennd. tit. n. 25. & seq. Petra ad consil. Apol. tom. 1. pag. m. 60. n. 25.* Rota Rom. *in rec. p. 19. tom. 2. decis. 439. n. 6. & 7.*

Queritur V. an valeat actus, quando consensu Capitularis non præcedit, sed subsequente actum? Videtur quod non. Nam actus, delictus sua forma est, plene nullus & invalidus; nec convalescit, tamen forma superveniat actui jam absoluto, ut patet in tum in pupillo, ejus obligatio, sine tutoris presentis autoritate celebrata; juxta *§. tutor autem 2. Instituti. & l. obligari 9. §. pen. ff. de Aurb. tutor. est nulla*, licet consensus tutoris negotio jam absoluto superveniat; tum in testamento, pro

ejus valore debent omnes testes eò tempore, quò conficitur, presentes esse *l. hic consilium 2. in 1. in princ. Cod. de Testament.* Cum ergo consensus Capituli sit de forma actus Capitularis, hic sine illo est invalidus, nec superveniente consensu reconvalescit. Verum

Resp. quòd ita. Abbas in *cap. cum nos mox 14. c. 1. n. 3.* Redoanus ad *Reb. Eccles. non alienand. n. 30. cap. 6. n. 10.* Barbosa in *cap. quoties statim allegand. n. 2.* Textus est tum in *cap. contingit 3. de Transact. ubi insinuat*, ad validam Transactionem Capituli rati habitationem sufficere: tum in *cap. cum nos 3. de his, que sunt a Prælatore sine cons. Ratio desumitur ex cap. 12. quòt. 2. de Part. ubi Gregorius Papa generaliter docet, in conventionibus, in quibus assensus Pontificius expectatur, rati habitationem præcedente negotii sufficere: adeoque etiam rati habito Capituli, seu consensu superveniens est sufficiens, ut negotium præcedens valeat; præsertim, cum ex *cap. rati habitationem 10. de R. J. in 6.* pernotum sit, rati habitationem retrahari, ac mandato æquipari.*

Ad rationem in contrarium Resp. antec. 143 diff. tunc verum, quando vel forma non tam ad actus substantiam, quam integrandam personam requiritur, sicuti consensus tutoris ad contractum pupillarem, pro integranda persona, desideratur; vel quando actus debet esse con-

144 continuous, ac non-interruptus, sicuti testamentum est actus continuus, ac, si quodcumque extraneum negotium immisceatur, vitiatum *l. hac consilium 1. Atqui consensus Capitularis neque requiritur pro integranda persona Prælati, utpote qui alias generalis administrator est; neque pro suo objecto habet actum continuum, eò quòd moraliter impossibile sit, totum actum, ad quem assensus Capituli requiritur, simul & semel expedire. Ergo &c.*

145 Queritur VI. debeant in negotiis, in quibus assensus Capituli necessarius est, subscriptio Capituli intervenire? *Ubi, si in negotiis, in quibus assensus Capituli necessarius est, subscriptio Capituli intervenire debet, quando denegatio, super quò Capitulum pro consensu erat requirendum, oportet*

instrumentum erigere, sicut erigi solet in alienatione per textum in *cap. irrita 1. cap. ruanuper 8. de his, que sunt a Prælatore.* At tamen ut singuli de Capitulo se subscribant, opus haud erit, sed sufficere, si Decanus, Prior, aut Senior nomine Capituli se subscribat, aut sigillum Capituli, cum expressa mentione de ipsius consensu, apponatur, ut cum Panormitano & Myning. perhibet P. Engel ad *cit. tit. n. 14.* Quin & si Notarius quispiam aut Secretarius instrumentum conscribat, necessum non est, ut Decanus, Prior, aut Senior subscribat, sed satis est, ut Notarius asserat, actum à toto Capitulo vel majori ejus parte sic gestum esse. Rota Romana in *receptor. p. 19. tom. 2. decis. 467.* Vincentius Petra *cit. tom. 1. pag. 61. num. 30.*

§. IV.

In quibus casibus requiratur consilium Capituli?

148 IN casibus, qui sunt alicujus momenti, nec tamen essentialis Capitulari de jure alligantur, requirendum est consilium Capituli. Textus & DD. in *cap. novit. 4. & cap. quanto 5. d. 1. de his, que sunt a Prælatore.*

149 Inter ejusmodi casus numeratur I. Statuta, quæ sine consilio Capituli sancita non valent *l. cap. quanto 5. d. 1.* II. Actiones & lites, Ecclesie nomine à Prælatore instituendæ, si rem alicujus ponderis concernant per dicta in *trac. de Judic. cap. 2. num. 153.* III. Institutiones & delimitationes Clericorum nec non confirmationes & depositiones Abbatum & Abbatum *l. cap. novit. 4. d. 1.* IV. Inquisitiones, correctiones, & punitiones excessuum, ac judiciorum majorum *l. cap. quanto 5. & arg. cap. non est 3. de Consuetud. in 6.* Quo in passu consuetudinem contrariam invalidam, testantur Engel ad *cit. tit. n. 5.* Wiestner *num. 26.* Reiffenstuel *n. 27.* Convocatio synodi, quam sine præcedenti Capituli consilio non flem irritam pronuntiavit S. Congregatio Concilii, teste Monacell. *formular. Legal. pract. V. Processus judicariis, si contra unum de Capitulo Cathedrali formandus, ad quem tenetur Episcopus vel ejus Vicarius assumere duos de Capitulo, ab initio cujuslibet anni à Capitulo designandos; ita tamen, ut utriusque Capitularis votum pro uno duntaxat reputetur, possitque alter Episcopo accedere; & si uterque dissenserit ab Episcopo vel Vicario, tertius eligatur; & si neque in eligendo tertio conveniant, res ad vicinorem Episcopum devolvatur. Trident. Concil. *sess. 21. de Reformat. cap. 6.* Quam-*

Exempta pertinere, docet P. Engel ad *cit. tit. n. 4.* & Cardinalium Declarationem apud Gallemart. ad *cit. Concil. n. 2.*

Dubitatum, & in factò questum esse scio, 155, num Episcopus in erectione novi Monasterii, & nominatim Monialium, teneatur adhibere consensum vel consilium Capituli? Responsum meum, ab Inlyta Facultate nostra Juridica approbatum, erat, solum Capituli consilium fuisse necessarium; ideòque Moniales valide receptas fuisse ab Episcopo, qui eum Capitulo, contradicente licet & protestante, desuper deliberaverat. Rationem inter

156 alias desumpti ex regula, in *num. 116.* traditã, quòd solum in casibus, à Jure determinatis consensus Capituli desideretur. Atqui (utor verbis Emmanuelis Gonzalez in *commentar. ad cap. Apostolica 9. de Donat. n. 4. prop. finem.*) nunquam in Jure legi, ad constructionem Ecclesie Monasterialis necessarium esse Capituli consensum. Ergo &c. Confirmavi

157 sponsum partim ex *cap. de Monachis 12. cum seq. XVII. q. 2.* & Concil. Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 3. in fin.* ubi, dum prohibetur, ne sine licentia Episcopi nova Monasteria ædificentur, à sensu contrario tacite insinuat, cum sola Episcopi licentia de novo Monasteria fundari posse; partim ex *cap. quicunque 44. XVI. q. 1.* ubi ad ædificationem Ecclesie (cujus nomine venit etiam Monasterium juxta *l. omnia 35. Cod. de Episcop. & Cleric. P. Engel de privileg. Monast. privil. 8. n. 2.*) nil aliud requiritur, quam Episcopi consensus.

158 Plura de Capitulis, eorumque Juribus sparsim in aliis Juris partibus & tractatibus obveniunt.